



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Hæres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

2 Et si aliquis cum aduententiâ condat usque ad vomitum, non est peccatum mortale gulæ, sed solum veniale.
Io. Henr. p. 5. tr. 13. ref. 40.

H

HÆRES.

1 **H**æres ab intestato non teneunt quidquam dare hæredi instituto in testamento minus solemnis, nec soluere legata facta in tali testamento, dummodo non sint facta ad pias causas. quia illud testamentum iure humano est nullum. Vasq. & alij 14. Quamvis contrarium æquè probabiliter docet Molin. & alij 11. & secundum hos potest fieri tacita compensatio, si aliter legatum impetrare non possunt. p. 1. tr. 8. ref. 75 & p. 5. tr. 3. ref. 119.

2 Testator potest quemuis extraneum instituere hæredem, nulla facta mentione consanguineorum collateralium, modo absit scandalum, & grauius necessitas consanguineorum: nullo enim iure id facere prohibetur. Syluester & alij 4. p. 1. tr. 8. ref. 85.

3 Parentes peccant mortaliter grauando

do legitimam filiorum gratuitis donationibus, vel minuendo onerosis, sed fictis contractibus: possunt tamen remuneratoriis donationibus, aut veris contractibus onerosis illam minuere. Fernandez & alij 4. *ibid. ref. 84.*

4 Parentes possunt aliquid plus vni filio relinquere quam aliis, modò reliqui non priuentur legitimâ portione. Bonacin. & alij 6. Caveant tamen parentes ne ex odio faciant inæqualem distributionem; si verò ex inordinato amore erga aliquem id fecerint, non propterea peccant mortaliter, cum non faciant contra iustitiam. *ibid. ref. 83.*

5 Qui sine vi & fraude curauit aliquod testamentum iam factum mutari, & alium hæredem institui, vel aliquid sibi, vel amicis relinquiri, vel etiam se hæredem institui non tenetur ad restitutionem, eis id faciat ex odio erga alterum. p. 3 tr. 6. ref 33.

6 Si quis vi & fraude impedit, ne nepos ex filio spurio instituatur hæres ab auo, tenetur ad restitutionem; neque enim hic est incapax hæreditatis. Vaszquez & alij 10. Qui autem precibus, blâditiis & muneribus impedit, ne quis hæres instituatur, non tenetur ad re-

stitu-

stitutionem. Lessius & alij 6. *ibid.*
 7. Si pater aliquem instituat hæredum
 rogans eum ut hæreditatem restituat
 filio spurio, potestis acceperare. & spurius
 poterit eam accipere: quod si pro-
 mitteret patri vel expresse, vel tacite,
 se id facturum, peccaret mortaliter.
 sicut & testator sic disponendo; quia
 leges id grauiter vetant: imò promissio
 est nulla, quia contra leges, posseque-
 hæreditatem sibi retinere: potestra-
 men si velit spurio tradere, quia etsi in
 illo casu bona addicantur fisco, id non
 obligat ante sententiam. *Becan.* & alij.
 Tenetur tamen pater filio spurio ali-
 menta præstare secundum dignitatem
 status, quamuis enim ius ciuile id non
 permittat, at correctum est per canoni-
 cum. *Sanch.* & alij. Imò & dotem te-
 tur dare pater, quamuis sit clericus, no
 obstante constitutione Pij V. *Sanch.* &
 alij 3. Contrarium tamen est probabi-
 le. *Molin.* & *Fagund* p. 5. tr. 3. ref. 121. &
 131. & p. 6. tr. 7. ref. 28.

Vide *Testamentum.*

Hæreticus.

IN hæresi non datur materia parva.
Sanch. & alij 5. nisi forte diceretur
 solūm